licentia principis vel episcopi de conse. di. i. corpora. ubi dicit glo. quod per principem intelligit papam. Et hoc vero si corpora tradita sunt perpetue sepulture. alii sine auctoritate alicuius possunt transferri secundum glo. ibi. Id est videat et de ossibus aliorum fidelinum. fr. de re. et super. fu. l. ossa.

Consecratio. iij. scilicet vestimentorum.

Vestimentum. pallarum. et vasorum. Vestes sacerdotum et ministrorum. palle altaris. et vasorum sacra. et oia similia non debent conuerti ad usum laicos. sed si quod sunt vetustate presumpta coburi debet. et cineres in ecclesia reponi. xix. q. iii. quod semel. et c. quod de conse. di. i. altaris.

Ven autem simplices sacerdotes possunt benedicere vestes sacerdotales. et alia ornamenta ecclesie. vel altaris. Responde Archi. in. c. degradatio. de pe. li. vi. Et multi alii in die attendentes de statu. mo. dicunt quod non. Lamen p. S. d. Sextum papam quartum indultum est ut simplices sacerdotes ordinis minorum possint benedicere quecumque ornamenta ecclesie vel altaris. et vestes sacerdotales et alia. excepto corporali. Nota secundum Pe. de pal. put recipiat Arch. flo. in sum. quod de longo manipulo licet sarcere stolam vel eccluerio. et de brevi stola facere manipulum vel cingulum. quia omnia hec una benedictione consecrantur. Et cum capsula. i. planeta est dupla. cum possit esse simpla. et super quilibet partem sit benedictio. in celebrando ut potest ex utraque parte. Et si una pars amoueat ab alia remanet benedicta. et potest in ea celebrari. Et similiter de dupla stola. Item secundum Pe. quando vestimenta reparantur. propter paupertatem videat distinguendum quod aut tanta pars amota fuit: quod sine illa non benediceretur vel celebraretur ut tota manica vel pars superior. et tunc desinit esse benedicta. Si autem modica particula. cuius defecitus; nec benedictionem impedit; nec celebrationem. tunc licet celebrare. nec est hoc simile. sicut de oleo benedicto.

VConseruator. Requirere infra. Excommunicatione. xxviii.

Consilium. tenetur quilibet inquirere ubi canetur a iure. Sed tam non tenetur illud sequi. tenetur tamen expectare debito tempore donec consulat sapientem alios non valeret. si fieret quod cum consilio fieri debet. queritur enim consilium de iure. ut aptius consilium videtur quid sit agendum extra de elec. ne pro defectu. ubi de hoc in glo. et c. cum in veteri eo. ti. et c. cum olim de arbi. ubi glo. querit. ad quid est petere consilium si non est necesse illud sequi. Ruditur quod certe potest esse quod tale consilium sit vtile. quia potest mouere prelatum ad aliquid faciendum. quod forsitan perse non fecisset. quia quod a pluribus queritur. consilium inuenitur. xx. di. de quibus. Et habitu consilio deliberaret. an expediatur ei sequi consilium. Et ideo dicit Pandon. in. c. ad nostram de consilio. quod est vtile in facto dubio exquirere consilium a pluribus tam literatis quam illiteratis sapientibus et insipientibus. Nam quodcumque parum sapientes habent in certa re eleutum intel-

Consilium

Fo.XLVI.

lectum et ingenii et acutius sciunt discutere unum causum quod est sapientes. Hic narrat Jo. an. de fatuo psonensi; qui decedit quoniam modo inter tabernarium et quandam pauperem; a quo tabernarius volebat extorquere pecuniam. quod comederat panem ad odorē assati. nam soluit ille ex sono unius denarij turonensis. quia quoniam non potuerit Latho melius decidere. Et dicit quod Bar. quoniam debebat consulere super aliquo articulo conferebat de materia cum mercatoribus.

Verum autem hoc sit verus ex proprio significacione vocabuli quod quis astrictus petere consilium non teneat illud sequi; sed satis sit requirere. Hoc dicit enim per pram significacionem evocabulorum procedit quod dictum est. Nam consilium ex proprio significato non obligat ad hoc. Sed quoniam sit impropositio rigente materia subiecta. quod latius declarat panorum. id est cum olim de mente Bar. in. l. s. si plures. ff. de exerci. Tunc queritur. an consilium sapiat consensum. Aut enim consilium est impendendum ei quod non habet integrum iudicium romanum. et tunc consilium sapit consensum. ut in publicis. ff. de sus. tu. unde si caueret statu: ut pupillus certum quid faciat eum consilio duorum agnatorum. capitulatur ibi consilium per consensu. quia pupillus non habet discretum iudicium. Aut consilium est impendendum habenti integrum iudicium. Et tunc autem quod habet impendere. est principes illius officij. et tunc consilium sapit consensum. tunc est proprius casus capituli. venerabili fini unum intellectum de officio. dele. ubi dicit quod platus cui datus est coadiutor: nihil debet facere sine consilio coadiutoris. Capitur ibi consilium per consensu. Als suum officium esset supradictum. Aut non est principis officij. et tunc consilium stat proprie. unde satis est requirere. ut in. d. c. cum olim. Non exemplum. Statuto caueretur: ut mulier non possit testari sine consilio duorum consanguineorum. Certe hoc casu satis est requirere consilium: cum facultas testandi soli mulieri competit. et hoc tenet. Nec est facienda differentia: si quis dicat de consilio vel cum consilio. put voluit. Ly. in. l. id quod pauperibus. L. de epi. et cle. Dicit enim quod si aliquis habet aliquid facere cum consilio alicuius. non tenetur consilium sequi. Tunc si habet facere de consilio alicuius. Sed Jo. an. in regula. nullus. in mercu. banc differentia non approbat. nec etiam Bar. in loco palle. Tunc finit Jo. an. in loco palle. si dicatur iuxta vel finit consilium talis: quod tunc tenetur sequi. Ad predictis quod notat Bar. in. l. si cum dotem. s. eo autem. ff. so. ma. quod si consanguinei requisiti nolunt consentire quod ad iudicis officium spectat examinare causam contradictionis. et si quidem est iusta. bene quidem. Als index permittet mulieri contrahere; aut testari. vt. d. s. eo autem.

Verum autem si ille cuius consilium requiritur; dedit malum consilium. nunquam excusat facientes actum cum malo consilio. R. panorum. in. c. cum in veteri de elec. de mente composta. dicit quod non excusat. quia consilium non obligat. Et ideo si canonici elegissent scienter in dignum cum consilio illorum incidissent in penam. c. cu in cunctis de elec. Ide sentit Bar. in. l. s. si plures. ff. de exerci. ubi dicit quod si index teneatur. pronunciare cum consilio sapientis. non excusat.

si fuit secutus malum consilium.

Verum autem si ille qui habet impendere consilium non vult consulere vel est mortuus. an possit mandatarius procedere ad actus consummationem: consilio non habito. Min. quae sequit Jo. an. in. c. i. ne se. va. in. vi. In effectu sic distinguit. Quia aut ille est mortuus. et tunc si expeditio nomine proprio potestas consulendi fuit sibi attributa: expirat mandatum: et quod non potuit seruari forma. sed debet expectari secunda iustitia. ar. in. c. cum dilecta de rescrips. Si vero fuit expeditum nomen dignitatis debet successor expectari. ar. in. c. quoniam de officio. dele. Idem dicimus si est absens. Ita quod consilium non potest requiri. Si vero est presentis et non vult consulere: vel est absens. et non vult venire: seu consilium prestare: tunc potest mandatarius procedere sine consilio. De hoc bonum tex. in. c. cu in veteri de elec. Sed contra primum mentem facit. d. c. i. ne se. va. ubi dicit quod si capitulum huius conferre beneficia cum consilio episcopi: si episcopus est mortuus vel longe absens potest capitulum conferre beneficia. So. Dicit compo. quod aut consilium est requirendum ex forma mandati et procedit primum dictum. Aut statuto vel consuetudine et procedit tunc. d. c. primum. Et huius communis dicti quidam doc. antiquus ut refert Jo. de lig. assignabat duplum ratione. Prima. quia fortius stringit mandatum hominis quam legis. Ita potestas ordinaria est magis favorabilis quam delegata ut in. c. p. et g. de officio. del. habens ergo requirere consilium ex potestate ordinaria. Jo. de lig. videtur impugnare omnia predicta. quod etiam ubi per habentem potestatem ordinariam est consilium petendum. non valet actus consilio non habito. allegat bonum tex. in. c. nonit de his que sunt. Et ad. c. i. allegatum responderet quod loquitur in collatione beneficiorum ne ex humana dilatatione immineat periculum. Ideo potest procedere consilio non habito. Jo. an. tenet primum. quia cum habenti potestates mandat ut cum consilio alicuius procedat. videtur potius quedam admonitione nisi adjiciatur quod actus contrarius sit nullus. Vnde autem in. c. ex parte de consti. dicit quod hoc dictum non est simpliciter verum. nec opinio Jo. de lig. procedere indistincte ad d. c. i. quia si bene consideret ratio illius. c. i. est generalis ad omne periculum immunens. nam finis dispositionis ratione debet restringi et ampliari dispositionis ratione. ut in. l. cu pater. s. dulcissimus de leg. ij. Et ideo videtur quod ubi cum ex dilatatione proueniret periculum semper potest procedi consilio non habito. Et hanc opinionem sentit Barto. in. d. s. si plures.

Verum quod autem teneat actus si potest haberi consilium et non fuit petitum. Dicit quod aut ex forma mandati erat requirendum. et non valet actus: ut in. d. c. cum in veteri. Aut ex dispositione legis. Et tunc aut lex a principio cum potestatibus tradidit mandauit consilium tertius requiri. et non valet actus ex defectu potestatis. Nam habuit potestatibus modificatam. Sic intellige. d. c. nonit. Ita quod sine clausula decretri actus ille fuisset nullus. Aut habenti plus potestate

b. iii

Consuetudo

mandauit superior. vt pcederet cum consilio sempronij. et tenet actus sine cōsilio licet ille veniat pu niendus ar. optimū. in. c. dilect⁹. ij. de pben. vide enā glo. singularē in cle. j. de iūr. patro. q̄ si manda tur als habenti potestate vt aliqd faciat sub certa forma tener actus; q̄ forma nō seruet p. d. c. dilect⁹. Sed est aliud tex. fīm panor. de cōce. p. li. vii. in. c. si capitulo: vbi dicit q̄ si mandat canoniciis als po testatem habentib⁹. vt conferat certuz beneficium dato executori. vt illis negligentib⁹ exequat p. sola frāz. p̄sentatione afficiunt manus canonicoz. vt pūlio alteri facta non valeat. nam ex quo superior transiudit potestate in executorē ex defectu illorū quibus mandauit adimit illis potestate in casu con tumacie.

Vñ autē in casib⁹ in quib⁹ debet peti consilium sufficiat ut petat post actu. Rūdeo. Panor. in. d. c. cū in veteri dicit q̄ nō. Sed in ipso tractatu act⁹ debet postulari. Et facit ad materiā epoꝝ q̄ tenentur negotia ecclesie regulariter p̄mouere cu consilio capitulo. debet enī consiliuz req̄ri in actu et non post actu nec tenent canonici p̄cipitare responsuz; h̄ possunt petere tps cōgruū ad deliberandū. Idē die in indice q̄ ex forma statuti teneat req̄rere consilium sapientis. Non enī satisfit statuto si p̄ius scribit sententia et postea petit cōsilium vel si nō vult exspectare cōsultorē debito tpe. ad hoc facit. c. licet de regula. vbi nō sufficit petere licentia ex postfacto. Et ibi panor. facit regulaz q̄ vbi in aliquo casu requiri licentia nō sufficit petere ex postfacto. h̄ debet peti a p̄ncipio. Notat etiā panor. in. d. c. cū in veteri. q̄ si is qui tenebat require consilium arta uit se ad extremitatē actus sine consilio gestus nō valeat. licet ppter extremitatē tps nō potuerit habere consilium. nā sibi est imputandū. Secus si debito tpe petiū et debito tpe expectauit responsum. nam tunc si consiliarij differūt plus debito respondere; vel nolunt impendere; consilii p̄t p̄cedi ad actu ipsori consilio non expectato ut nota in. d. c. cum in veteri.

Vñ autē si papa mandat canoniciis alioꝝ ecclie ut eligant platum cū consilio aliquoꝝ; ex quibus vnu volunt eligere in platum: an requirendū sit eius consilium. Blo. in. d. c. cū in veteri dicit q̄ nō est necesse. quia cōsentiendo postea electioni. latis videtur consilium p̄stare. Et si ille cōsentiret ante electionem deberet electio cassari. ppter vicium ambitionis. vt in. c. cū post petitū de elec. Jo. an. dicit q̄ q̄ p̄bec op̄i. sit pbabilis. tūtius tñ est ut etiā istius requirat consilium ut sic satisfiat forme mandati. nā posset cōsulendo tale contingere q̄ ppter eius consilium diuerterent a p̄posito. et alii eligerent meliorē; nec tenent̄ requirere consilium in spē. h̄ satis est dicere in genere de quo vos consulitis tē. Si autē consulerent in specie de persona sua debet responderē fīm Hof. iudicio aliorū hoc relinquo. Sed hoc vltimū nō placet. Ho. quia notaretur ambitione. Sed cū bona conscientia p̄t dicere nō eligatis me. q̄ nō sum dignus. Et si ipsum eligerent poterit postmodū cum bona cōscientia colentire. Et q̄ cōsilium istius debeat requiri saltē in genere cōmuni te-

netur per doc. vt dicit panor. in. d. c. cum in veteri. Quia consilium debet p̄cedere electionē. ergo nō debet differri in tēpus electionis. quia tēpe non congruo petere. Quid autē si papa mandat vt isti eli gant cum consilio et cōsensu illoꝝ. nunqđ possunt eligere vnu ex illis. Host. dicit q̄ sic. qm̄ regula est vt ex tribus electis valeat cōsenlus duoz. vnde sa tis est q̄ duo p̄beant consensum. dūmodo tertius nō contēnat. vt pater in arbitris et iudicib⁹ simpli citer electis. In quib⁹ valet sententia maioris part⁹. vt in. l. duo ex trib⁹. ff. de re iudi. Et nota singula riter hoc dictū: q̄ vbiunḡ eligunt̄ simpliciter plures ad cōsulendum vel consentiendum seu ad aliquod officiū etiā extra iudicium exercendum valet quicquid facit maior. ps: dūmodo minoꝝ pars nō contēnat. Nec panor. in. d. c. cū in veteri.

Vñ autē si fuisset dictū q̄ eligerent cū consilio et concordi cōsensu illoꝝ triū. nunqđ possunt elige realique ex his. Rū. Hosti. put recitat Panor. vbi supra tenet q̄ non. quia nō potest aliquis con sentire in seipsum anteq̄ eligatur. Notaretur enī de ambitione.

Vñ p̄dicta faciunt ad. q. Ex forma statuti. Mulier nō potest contrahere sine cōsensu duoz. p̄pin quoz contingit q̄ mulier vendidit aliqua bona vni ex p̄pinquis cum consensu alterius p̄pinqui. nunquid sit satisfactū statuto. videt q̄ sic. quia p̄pinquis emendo a muliere videtur consentire illi contractui. Ma satis est q̄ cōsensus intercedat in ipso contractu. Nec ob. cle. j. de re. ec. quia cōsensus p̄pinquoꝝ ibi non exigitur. vt auctoritas. h̄ vt quedā solennitas. Facit etiā q̄ si statutū diceret si lium nō posse litigare sine cōsensu patris; q̄ si pater et filius simul litigant. videat pater consentire. Facit q̄ notat Jo. an. in mercu. In regula. Qui ta cet. Quod si statutū ep̄i canet vt nulla locatio valeat facta de rebus ecclesie sine suo cōsensu. q̄ si locatio sit episcopo tenet; quia conductendo videtur consentire.

Consuetudo est quod; dam ius morbi vtentū approbatū; qd p̄ lege suscipit cū deficit lex. dl. i. cōsuetudo. Et ex hoc inferit ad. q. quotidiana. Fuit cōp̄missum in quosdaz arbitros vt p̄nunciarent fīm iura. nunqđ poterunt p̄nunciare fīm cōsuetudines et statuta loci. Hui. de insa i. q. statutor̄ dicit fuisse determinatū q̄ non; salte fīm cōsuetudines et statuta iuri contraria. Hoc est. quia appellatione iuri intelligit de iure cōmuni romanorū. Insti. de iur. na. gen. et cī. Sed contrariuz tenet. d. an. in. c. q̄ntauall. de iure iur. qd placet panor. sup Rubrica de p̄suetudine. Primo quia cōsuetudo vt est dictum est quoddā ius non lscriptū. Itē cum non sumus in materia odiosa verba generalia debent ve nificari in q̄libet specie cōtentia lib. generi. vt in. c. sc̄scitatus de rescr. Cū ergo statuta et cōsuetudines sint quedā iura vt dictum est: ergo veniunt appellatione iuris. Et ad rōnē contraria all. et alia similia p̄t rōden q̄ loquunt̄ q̄n de vnicō iure; di spositio est intelligenda. Secus autē quādo verbū

Consuetudo

Fo. XLVII.

*consuetudo
prescripta*

generale potest verificari in quibet sua specie. Sed aliter diffinit Bar. consuetudinem in l. de quibus. ff. de leg. dicens. qd consuetudo est ius non scriptum. populi moribus et usibus eius vel maiorum pris eiusdem recte initiatur. continuatur. introductur. habens vim legis. Dicit ius non scriptum. hoc probatur p. f. ex non scripto. instituto. de in. na. gen. et c. Dicit moribus et usibus populi. qd probatur in. d. l. de quibus. quia pmores populi p. p. bendit sensus ei vel maiorum pris ff. ad municip. l. qd maior. Dicit recte initiatur. quia si esset per errorem introducta non obseruaret. vt. l. qd non rōne. ff. de legi. Dicit continuatur. qd si non adesset diuturnitas tuis in conservatione presuetudinis. p. non valeret. vt. d. l. de quibus. Dicit habens vim legis quia pars est potentie cum lege. vt. probatur in. d. l. de quibus.

Quae autem effectu habeat consuetudo. Bar. in. d. l. de quibus dicit qd aut consuetudo est finis legum. Aut ppter legem. aut contra. pmo casu valet consuetudo. Et duobus modis potest esse finis legum. Primo interpretando ipsam legem ut in. c. cu. dilectus. de consuetudine. Secundo confirmando ipsam legem. vt in. c. s. opite de censi. Secundo quando est ppter legem. valet consuetudo. vt in. c. catholica. et c. in bis. v. dis. Tercio casu dic qd aut est contra legem diuinam. et non valet. nisi procedat distinguendo. vt infra dicit. Aut est contra legem nature. et etiam non valet. quia naturalia sunt immutabilia. Done exempli. Si habet consuetudo. vt filii non educent a parentibus. nam de iure naturali sunt eis debita alimenta. di. i. ius naturale. Et facit ad. q. nuncid per statutum vel consuetudinem possit tolli vel diminui legitima debita filio. De hoc vide infra. c. Legitima. Aut est contra ius gentium. et non valet. quia ius gentium potest dici ius naturale. quia naturali rōne induetur. vt in. l. omnes populi. ff. de in. et iur. Et hoc intellige nisi consuetudo disponeret contra ius gentium distinguendo. nam ius positivum potest ex causa disponere contra ius gen. et ius naturale. vt inducendo seruitutem ut in. c. ita quorundam de iudeis. Itē prauōdo quē dominio sue rei. vt de prescrip. per totum. Ita consuetudo potest facere. cum sit quedam lex. Aut consuetudo est contra legem positivam. et contra legem: seu canones: seu statuta. Et tunc. aut est contra libertatem ecclesie. et non valet. Aut est utilitate publica et non valet qd sicut non valet lex. ita nec consuetudo. Aut est est utilitatem priuatam. Et tunc. aut precedit lex derogatoria ad consuetudinem. et non valet consuetudo sequens. vt. l. eos. L. de usur. Et ex hoc dicto panor. infert qd consuetudo semel reprobata a lege. non potest amplius induci. Sed panor. dicit esse glo. singularem in contrarium in cle. statutum de elec. Et credit qd si sbeest ratio noua. que non suberat tempore legis dannantis consuetudinem; qd tunc poterit de novo induci. ar. optimū in. l. si hominem. ff. mandati. et in. c. non debet de consang. Aut non habet leges derogatorias. Et tunc. aut lex procedit et sequitur consuetudo. Aut econtra. Primo casu. si consuetudo est generalis vincit legem generaliter et universaliter. Intellige tamē finis ius canonici

cum. dummodo sit rationabilis et prescripta. vt in. c. si. de consue. Aut consuetudo est particularis. et tunc non vincit leges generaliter. vt in. l. iij. L. que fit in. l. consue. Sed solum vincit legem ubi consuetudo viget. vt. l. venditor. f. si constat. ff. co. p. Secundo casu quando precessit consuetudo et lex contraria sequitur. Bar. tenet qd tunc consuetudo non vincit legem. immo tollitur per legem sequentem. allegat. l. iij. ff. de sep. vi. dicit tamen qd canoniste tenent oppositum. Et videtur casus in contrariis in. c. j. de consti. li. vi. vbi dicit qd lex pape non tollit consuetudinem certi loci contrariam. nisi de ea fuerit facta metu. quia papa non presumit scire istas consuetudines. Et quo infero qd si ciuitas facit statutum contra suam consuetudinem tollitur consuetudo. licet de ea non faciat mentionem. quia ciuitas presumit scire suam consuetudinem. vt notat in. d. l. omnes populi.

Un autem consuetudo possit augere. diminuere et distinguere ius diuinum quemadmodum potest lex positiva cum consuetudo non sit aliud qd lex non scripta. Respondeo. Panor. in. d. c. si. dicit qd ius positivum etiam ciuite quandoque distinguunt ius diuinum. nam illa regula iuris diuinum: in ore duorum et c. reperitur limitata per ius ciuite et canoniz. quia in multis casibus requirunt plures testes. et in aliquibus pauciores. iij. q. iiiij. c. i. et in. c. cum esses de testa. Ad hoc facit qd notat ipse Panor. in. c. nup de testi. fin. Inno. qd panceps potest statuere ex causa. priulegium conferendo ut unius testi credatur in certis casibus vel certa qualitate personarum inspecta. Et sic recedere ab illa regula in ore duorum et c. Et ideo ubi ratio naturalis luadet ius diuinum distinguere et limitari. tunc transgressio non inducit peccatum. quia presumit hoc voluisse ipsum deum cum noluerit omnes casus distinguere. Sed debet figurulas generales. Et postea tribuit vicario suo generalem auctoritatem. ut quodcumque ligaueris et c. Sed ubi nulla ratio naturalis suggestit ipsum ius diuinum mutari seu limitari. tunc nec lex nec consuetudo valet. Puta si haberet consuetudo ut non liceat honorare patrem et matrem. Ideo etiam dicitur papam posse errare quando disponit contra ius diuinum sine causa. Sic intellige. xxv. q. i. Sunt quidam. Et per hoc saluari potest dictum Hostien. in eo quod dicit non valere statutum vel consuetudinem per quam homicidium similis criminis puniatur pecunialiter. ubi de iure diuino venit puniendum personaliter. nam talis consuetudo vel statutum inducit pronitatem peccandi. Et ideo notanter dicit Ab. in. d. c. si. non valere statutum ut liceat interficere interfectorum patris vel percutientem in facie. Et nota hoc dictum: facit enim contra statuta que vigent in multis locis permissiva consanguineis vindicare mortem seni in iuriam consanguineorum. hec enim statuta vident illicitia. quia qd debet fieri per viam iusticie: non debet exerceri cum rancore animi: marime. quia prohibent materia peccandi et scandali. Sed Jo. an. in additionibus spec. videt hoc limitare. quando statutum dat

b. iiiij

F. Conjectura generalis iura legi



Consuetudo

hanc facultatem, et ex rancore animi faciunt vindictam. Secus si dat, ut minister legis ut faciat iusticiam. Quid statutum potest illos consanguineos ministros legis facere. xxiiij. q. v. non est crudelis. Per predicta enim potest solius quod valeat statutum; ut bani-
tus possit impune occidi. Et dicendum quod sic si fiat ex causa rationabili ut quod baniitus est hostis civitatis de quo per Bar. in. d. l. oes populi.

Ver autem valent consuetudo aut statuta quod vigent in aliquibus civitatibus: maxime florentic: ut bona filiorum et viroꝝ, et tertiaz ipsi filii possint capi pro delito fallentie. s. quod pater fallit: seu cedit foro. Et idem in similibus casibꝫ nā amore coniugis et filiorum sepe bo-
mines retrahuntur ab illa fallentia. Illa tamen statuta sunt Panoꝝ. in. c. et pte. de consue. sunt iniqua. quod ex necessitate quis inducit ad fallendū. Sed quia multi fallunt ex proposito. ideo emanarunt illa statuta. An autem cessante ratione statuti sit obseruandū illud statutum cū tanta iniquitate et damno filiorum et viroꝫ. Panoꝝ remittit se ad noꝝ. p. Inno. in. c. quia plerique de imm. ec. Similis tamen calus habet in. l. fi. L. de p̄mipil. li. xij. vbi bona mulier sunt obnoxia proculpa mariti. et etiam bona filii etiam emancipari. Et dicunt primipilari illi qui deferebant in bello pīma pīla. i. tela. et propter magnū pīcillum quod verte-
batur in eis cū erant pīni in bello fuit indicta ista specialitas: ut si ipsi cōdēnat: quod se praeve gessissent in officio. et non haberent unde soluerent: poterit manu extendi ad bona viroꝝ et filioꝝ. Et hoc fuit statutum. quia propter geminitus viroꝝ et filioꝝ male ge-
rebat eorum officium.

Sed ortitur questio pulchra: quare valet consuetudo contra canones et non statutum. Et quare seculari-
bus plorū fuit indulxit ut legē possint condere leges imperator. et non sic fuit indulxit viris ecclesiasticis: ut possint hī canones statuere. Ideo Panoꝝ. in. d. c. fi. dicit ista fuisse ratione. quia insimile finaliter tendit in bonū publicū et utilitatē priuato-
rum. Unde si populus vult sibi pīudicare legē pītra condendo. Imperator non curabit. quia potest populū in hoc renunciare suorum suo: ut in. c. ad apostolicā de regula. Item quia mores hominū sunt diversi. Ideo voluit imperator. ut quisque populus possit facere legē. non tamen contra honestatē nec contra iura reseruata principi. sed in pīdiciū dūntaxat eoz. ad hoc. d. l. om̄s populi. et quod ibi notat Bar. Sed ius canonici principaliter intendit hominem dirigere in deum ut veniat ad bonū publicū ecclesiastica unde statutū contra editū ab inferioribꝫ pīsumit temera-
rium et ambitiosum et fini eterno contrariū. Ideo non potest papa dare potestate statuendi contra canones. Sed consuetudo tolerat. quia surgit ex tacito consensu: et non pīsumit tanta ambicio. Dicit tamen Bar. vñ singulare dictū p. l. si hominem. ff. manda-
ti. quod ex causa urgenti et verisimiliter non pīusa a canone potest fieri statutū contra canonē. et multum bene facit illa lex. Ibi enim dicit quod si dedit mandatum speciale aliquid: ut manumittat aliquem seruum. certe potest procurator generalis domini ex noua causa interdicere procuratori speciali. ne manumittat: quod ex noua causa per dominū non considerata possit

pecurator generalis venire contra mandatum speciale ipsius domini. Ita dicendum in inferioribus ut possint ex noua et urgenti causa statutū edere contra speciale statutū superioris. Et per hoc dictum et illam legem: tene menti istud dictum singulare. quod ex noua causa potest legatus generalis prohibere delegato pape speciali: ne procedat in causa sibi commissa. Quod in illa causa delegatus specialis dicatur maior legato generali. ut in. c. studiasti. de officio. Sed hoc admittitur ex noua causa non considerata per papam.

Non autem requirant ad consuetudinem inducen-
dam. glo. in. c. fi. de consue. in principio enumerat
x. vel. xi. In fi. tamē videtur recedere a predictis. et solū exigere duo. Pamo quod sū rationabilis. Secundo quod sit pīscripta. non tamē intelligendo ut consuetudo pīscribatur: sine pīscripta dominū alicuius rei. h. debet esse pīscripta. i. obtenta per cursum tēpis requisiti ad pīscriptionē.

Quantū vero tēpis requirant ad consuetudines in-
quendam. Panoꝝ. in. d. c. fi. dicit quod varie sunt opi-
niones. Sed concludit quod aut querit de iure ciuilis
aut canonico. Pamo calu cōmuniter tenet et sus-
ficiat tēpus. x. annoꝝ. etiam si consuetudo sit pīrra in
quod pībant legiste hac ratione. Jura requirunt totum
gum tēpus ad inducendū consuetudinem. ut. L. que
sit lon. consue. in rubeo et nigro. Sed longū tēpus dici-
tur. x. annoꝝ. ut. L. de pī. lon. te. per totū. De iure
vero canonico. dic quod aut consuetudo est pīterius. et
insuffit tēpus. x. annoꝝ. ad hoc glo. norabilis in. c.
fi. e. ti. li. vi. quod videtur limitandū nisi consuetudo ve-
niat ad detrahendū iuri alicuius ecclesie. quia tūc
sicut in pīscriptione ecclesie requiri tēpus. xl. anno-
rum. Ita in consuetudine. Et hoc est notabile dictū
Inno. in. c. eti. dilectus. eo. ti. quod est bene notandum.
videtur tamen Inno. restringere. quando consuetudo
est contra ecclesiā particularē. Secus si contra ec-
clesiam universalem. Sed panoꝝ. dicit non videre
ad hoc bonā rationem diuersitatis. quia non debet esse
minus favorabile totū corpus ecclesie: quod aliquod mē-
brum ecclesie. Aut consuetudo est contra ius canon-
icum. Et tūc requiri tēpus. xl. annoꝝ. et in hoc ca-
su requiri quod consuetudo sit pīscripta. Et quare mag-
is tempus requirant quod est contra ius: quod quādo est
pīter. patet. Veritatem videtur verissimum quod vbi con-
suetudo venit contra ea que sunt reseruata principi
in signū spālis pīulegiū. tūc viroꝝ iure requiri
tēpus. de cuius inicio non est memoria. ut in. c. sup qui-
busdam de verb. sig.

Anuero quod actus vel vices requirant ad inducendā consuetudinem. Rū. panoꝝ. vbi s. dicit quod de hoc sunt multe opiniones. Sed cōmunius opinio est quod requirunt totū actus. et ita notarij. ut verisimili-
trālierint in notiā populi. Nam non actus. sed tacitū
pīensus populi inducit consuetudinem. vñ vbiq; ex co-
lecturis hī tacitus pīensus populi. tūc non curatur
de magna frequētia actuum.

An autem unicus actus notoriū inducat consue-
tudinem. Quidā dixerūt quod sic. Sed Bar. contra. in
d. l. de quibꝫ. quia consuetudo introducitur ex fre-
quentia morum. sed cessat frequentia. vbi est nūlē

Consuetudo

Fo. XLVIII.

Vnicus actus. Itē est contra substantiā & significationē vocabuli. nā consuetudo est q̄li cōmūnis assūfactio. Itē ex vnicō actu q̄ntūcunq̄ notorio nō potest dici cōsensus populi. quia forte p̄ errorē vel causa cūtandi scandalū ppl's p̄mavice nō contradixit. Distinguē tū: q̄ aut ille vnicus act⁹ habet cām successiū. & sufficit. si habuit cōtinuationem tps. & sic inducit cōsuetudo vt in. c. cī de beneficō de pb. li. vj. nā si beneficiū seculare cōserf regulari; & possidet p̄ regularē tpe habili ad cōsuetudinem inducendā effici illud beneficiū regulare. licetoni ca collatio internenerit. & econtra. q̄ illa collatio h̄z actu successiū. s. possessionē cōtinuata p̄ regularē. **I**dez dī si edificaretur pons in publico & haberet cām p̄manent. **B**ed Bar. in. d. l. de q̄bus sentit q̄ requirant ad min⁹ duo actus in dicto casu. **D**icit enī q̄ si q̄s facit pontē in platea cōis ab vna domo ad alia. alius sūl' facit q̄ est introducta p̄suetudo fm. **H**uius. de cu. q̄ isti duo actus sunt adeo notoriū populo q̄ comprehendit tacitus eius p̄sens. **S**ecundū si fieret in loco nō publico vel in loco nō cōversabili. nā ea q̄ palā fiunt. dicunt̄ frequēter fieri ff. de ri. nup. l. palam.

Van ante ad inducendā consuetudinē sufficiat q̄ maior ps populi vta illa p̄suetudine. **R**ū. pan. vbi s. post glo. dicit q̄ sic. Intelligē tū de maiorī pte populi habēt p̄sensum habile ad introducēdū legē vel cōsuetudinē. nā mulieres infantes. & fūtioli nō cōputant̄ in numero. q̄ isti nō p̄nt legem condere. vt in. l. j. ff. de leg. Itē intellige glo. de consuetudine. q̄ distinguēt totū populi. **B**ed si tractarēmus de p̄suetudine introducēda in aliquo collegio. sufficit maior ps illi collegij. hoc tū limitarem. nā maior ps nō sufficit ad introducēdū legē. quia oportet saltem q̄ sint due ptes vniueritatis. h̄ major ps istar̄ duar̄ nō sufficit ad disponendū. vt in. c. j. de his q̄ fi. a. ma. q. capl. Et ideo dicerē q̄ saltez due ptes illi vniueritatis seu collegij debet eē scientes q̄ illa p̄suetudo introducēt.

Van aut̄ vnicus actus interueniēs h̄ p̄suetudinē interrupat ipam p̄suetudinē. **C**ōclūde q̄ aut consuetudo nō erat adhuc cōpleta. & tūc interrupit. **I**ta q̄ nō est opus de nono incipere. q̄ p̄ hoc non appetit de tacito p̄sensu ppl's. q̄ velit inducere consuetudinē. cu. fecerit actu p̄trariū. ar. cē de ap. sollicitudinē. in fi. **A**ut p̄suetudo erat cōpleta & pfecta & tunc vnicus actus h̄nus eā nō tollit. h̄ oportet q̄ tollat eo tpe & mō. quib⁹ sunt inducta. q̄a iā lex est. **E**t ideo dī tolli tanq̄ lex. Credo tū indifferentē ad eā tollendā sufficere tps. x. annoz.

Vonuetudini rōnabilis alicui⁹ loci nō deroga p̄ statutū nouū pape: nisi illud exp̄mat. vt extra de consti. c. j. li. vj.

Vonuetudo in delictis inducit p̄ binuz actum xvi. q. ii. **I**tan. nos. hoc tū nō est. p̄ne p̄suetudo. nā fm. **P**anor. in. c. j. e. ti. appellatione vonuetudinis intelligēt de ea q̄ tenet. & q̄ iā p̄scripta ē. vt in. c. cu. mana. de elec. **E**bac p̄suetudine in delict. vide s. singularia. c. Adulatio.

Van aut̄ cōsuetudo possit derogare legi positine etiā p̄ceptiue. **R**ū. panor. in. c. j. de tre. & pace. post

glo. ibi. dicit q̄ lex positiva etiā p̄ceptiua non obli-
gat ad p̄tm si nō fuit morib⁹tentū recepta. vel si
in dissuetudinē abiit. **E**t hāc opinione tenet Hof.
et Inno. & Hosti. in sum. **S**ed in. d. c. j. tenet ip̄e
Ho. p̄ii. **N**ouēt. q̄ si est lex p̄ceptiua. q̄ a princi-
pio ligauit suenētes ad peccatū. q̄ p̄ obseruat̄
tiam nō tollit eius dispositio. q̄ tps nō est modus
tollendi obligationē. **A**lij vō distinguūt inf leges
q̄ apponunt̄ penas ipso facto. & illas q̄ mandat pe-
nas infligi. vt in p̄mis nō habeat locū cōsuetudo
p̄s. cu. statutū p̄faciēdo inciderint in pena. & in fa-
ctu dānatū. xxiiij. q. j. audiūm? **D**. an. distinguēt
q̄ aut lex p̄ceptiua emanauit in fauore p̄natū. & p̄
tolli cōsuetudine. **S**icut p̄t tolli pacto & renuncia-
tione. d. l. de quib⁹. Aut emanauit in honorez dei.
aut fauore publicū. & tūc si subditū nō obseruat̄
sciente supiore & patiēre. talis lex nō ligat. nec requiri-
alii p̄scriptio. q̄ exq̄ superior videt & patiē. nō vi-
detur velle q̄ lex sua vinculū inicat. **B**ed si supior
ignorat. tūc peccat suenēdo. **G**z. p̄ H. o. & D. an.
videt tex. in. d. c. fi. vbi text⁹ aperte p̄bat q̄ oīs lex
humana p̄ tolli p̄suetudine. dūmō sit rōnabilis
et legitimate p̄scripta. vñ ibi solū reseruat̄ p̄ cōsuetu-
dinē ius diuinū. nec p̄natū dicunt̄ tollere legē supe-
riōs. h̄ ipse superior p̄stāndo huic p̄sue-
tudini in eo qđ statuunt̄ iura. vt p̄ cōsuetudinem
possit tolli ius positivū. d. c. fi. **E**t ideo distinguēt
q̄ aut lex p̄ceptiua nūq̄ fuit recepta in obseruat̄
ta scientie legislatore. valente p̄dicere & nō cōtradi-
cente & talis lex nō ligat. **E**t puto q̄ nō requiratur
tps ad inducēdā p̄scriptionē. h̄ sufficit bin⁹ vel tri-
nus actus in cōtrariū. q̄ hic nō agim⁹ de p̄scriben-
do h̄ legē. h̄ de impediēdo vinculū. nā p̄ binū vel
trinū actuz appetit de p̄sensu supioris. ar. d. c. **I**ta
nos. **H**i vō aliq̄ obseruat̄. & aliq̄ non. in eodē loco.
tūc nō seruātes nō vident̄ excusari. vt in. c. cu. iam
dūdū. de pb. **I**ntelligē tū hoc. q̄n maior ps seruat.
tūc minor ps nō excusat̄. & tūc intelligēt illud dicit̄
multa q̄ patientia tollerant̄. Aut supior ignorat
et tūc puto q̄ requirat̄ p̄scriptio. xl. annos. dūmō
cōsuerendo sit rōnabilis. vt q̄ fundat̄ sup aliq̄ rōe
vt in. d. c. fi. **N**ec ob. q̄ a p̄ncipio hoīes peccauerit
suenēdo. nā duplex potest esse misio. **P**rimo q̄ si
moti fuerūt ex aliq̄ rōnabilis causa nō peccauerūt;
q̄ ipsem et superior in diuisisset. **A**d hoc qđ notatur
in. c. erit autē. iiiij. di. vbi tria req̄runf ad hoc. vt lex
liget. **P**rimo q̄ sit facta p̄ eum q̄ habet potestatem
condendi legem. **S**ecundo q̄ sit publice p̄mulga-
ta. **T**ercio q̄ p̄ inferiores seu subditos sit suscep̄ta.
Secundo repondeat q̄ successores eorum qui con-
trauenerunt nō peccauerunt. quia potuerunt exti-
mare; q̄ ex aliqua rationabili causa illa lex non sit
in obseruat̄. **H**i vō lex p̄ceptiua fuit recepta. sed
tamen per dissuetudinē contrauentum est. **H**ic vt
sup̄a. **E**t q̄ lex p̄ceptiua non illaqueat sciente su-
periore; et non contradicente. allego bonum textū
cum glo. xx. distinc. c. j. et. c. cu. oīm de cle. coniū.
In consuetudine autē inducēda in sacramenta-
libus exigitur tacitus consensus pape. aliter non li-
gar. **I**ta voluit glo. notabilis in. c. vir. de secundis
nuptijs.

Tozea

An aut ex n̄ v̄su inducāt c̄suetudo. **R**ū. panor. in. c. **J**ohes de cle. coniu. post **I**o. an. dicit q̄ q̄nq̄ nō vius nō h̄z in se actū tacitū p̄ dispositionē iurē neḡ in s̄ba neḡ in forma. t̄ tūc ex nō v̄su nō inducitur c̄suetudo: nec deroga t̄ lex. **P**one exempluz. lex dicit hermosfrodit̄ esse iudicandū fm sexū pre-
valente. l. querit. ff. de sta. bo. tamē si p̄ mille ānos
nunq̄ accideret ille casus. nō p̄t dici q̄ sit abroga-
ta illa lex. quia nihil est actū p̄ legem. **V**el pone. lex
dicit q̄ si dedisti mihi dānū possum agere cōtra te
actione legis aquilie. **P**one q̄ passus dānnū no-
luit agere. pfecto ex hoc nō est iudicata c̄suetudo
contra illā legē. q̄ ipsa lex nō necessitat ad v̄sum. h̄
dat facultatē agendi. **E**t ideo ex hoc cōclude q̄ in
bis q̄ sunt mere facultatis nō inducīt c̄suetudo.
nā in his casib⁹ nihil agit p̄ legem p̄mittentē. **S**i
ho nō v̄sus h̄z in se tacitū actū p̄ dispositionē iurē.
tūc inducīt c̄suetudo. vt in. d. c. **J**ohes. nā ibi nō
deserēdo tonsurā. videt cōmittere p̄ legē q̄ iniūgit
delationē tonsure.

Verum est differētia in consuetudinē et p̄scriptio-
nem. **R**ū. pano. in. d.c. fi. dicit q̄ principalis diffe-
rentia est. q̄ ex p̄scriptione acquirit ius p̄uato. siue
illud non trahat ex publico. siue ex p̄uato. **C**onsuetu-
dine vero non acquirit ius alicui p̄uato. **S**ed in pu-
blico unde cū cause est. etiā si ius trahat ex p̄uato.
ut in l. venditor. s. si cōstat. ff. co. p. vbi p̄t q̄ p̄t
introduci cōsuetudo. q̄ quisq; possit dato p̄cio fo-
dere lapides ex fundo alicui? **E**t ob dictā legē pa-
nor. in. c. dilecti. de arbitri. infert ad. q. nunq̄d possit
induci cōsuetudo. ut nobiles alicui? castri possint
incidere ligna vel animalia pascere infra limites al-
terius castri vel in fundo alteri? **E**t dicit q̄ sic. dū
modo cōsuetudo non sit inducta p̄ violentiam. **A**d
hoc. c. sup quibusdā de v. sig. nā quēadmodū pos-
set prescribi seu acquiri tota res. ita et usus rei. **A**lia
differētia. nā in p̄scriptione requiri titulus et bo-
na fides. **I**n cōsuetudine vero nō. h̄. soluz tēpus. d.l.
de quibz. **A**lia differētia fm. **N**o. quia p̄scriptio lo-
cum habet in rebus mobilibus et immobilibus: corpora
libus et incorporalibus. extra de p̄scrip. auditis. z. c.
se. **C**onsuetudo autē in incorporalibus tñ. ut fuitu-
ribus. iurisdictionibus. electionibus et hmoi. **A**lia diffe-
rentia. quia p̄scriptio et p̄ulegū non concurrunt.
extra de fide instru. inter dilectos. et de p̄scrip. veni-
ens. **S**ed cōsuetudo et p̄ulegū bene concurrunt.
extra eo. cū dilectus. et de v. sig. abbate. **A**lia. quia
p̄scriptio p̄rie est exclusio actionis siue petitionis
Sed cōsuetudo est actionis siue iuris acquisitionis de
elec. cōstitutus. z. c. in genesi. **A**lia differentia. quia
cōsuetudo erronea non iuuat. **H**ecus in p̄scriptio-
ne. quia titulus putatiuus. et si verus non sit. dū tñ
probabilis error excusat. dat causam p̄scribendi. ff.
p. socio. l. yltima.

ORECA. Utru[m] corea et h[ab]ent ludi
sint liciti. R[ati]o. fm 21. in. iiiij. dist. xvij. q[ui]
huiusmodi ludi fm se non sunt mali. q[ui]
bene fieri possunt. Sed triplici de causa possunt fi-
eri male. Primo si fiant ad p[ro]uocandum libidinem et
huiusmodi. Secundo si no[n] conueniunt psone ut

clericis religiosis et huiusmodi. Tercio si fiant non congruo tempore. scilicet pnie. Si vero fiant ex causa aliquius honeste leticie. et a personis secularibus. et congruo tempore et loco. et alijs debitiss circumstantiis non est illicitum.

Ditrum ducentes illicitas coreas peccent mortaliter. **R**u. fm v. **C**redo q̄ sic sine in festis sine in p̄festis si hoc faciunt cedula incitandi ad libidinem se vel alios. **B**ut si coreas ducunt de consuetudine. **S**i autē aliquis vel aliqua nō corrupta intentione aliquādō immiscent se huiusmodi coreis nō audeo dicere q̄ sit peccatum mortale. **B**ed nec a godi eum vel eam excusare vel assecurare a peccato mortali. **C**um ingeant se periculo puocādi alios ad periculū et libidinē. **M**ota tamē fm Al. vbi s. q̄ quinq̄ concurrentibus ad coreas; tales possunt excusari. **P**rimo quādō sunt debito tempore scilicet gaudiū. vt in nuptijs; vel tempore victorie, vel liberationis hominis vel patrie vel in aduentu amici de terra longinqua. nō ergo tempore ad deuotio nem deputato. vt ab aduentu domini vīc̄ ad epiphaniā. et a septuagesimā vīc̄ ad pascha. **T**amē contrariū obsernat. et magis sit abusus in his temporibus q̄ in alijs. **S**ecundo q̄ siant cum psonis honestis. de quib⁹ nō oriantur p̄sumptio mali. non cum leccatorib⁹ vel philocapnis et huiusmodi. **T**ercio q̄ siant a psonis secularibus. non a monachis vel monialibus nec clericis vel religiosis. **Q**uarto q̄ honesto modo siant. Ita q̄ acutus in honesti vel huiusmodi nō immisceant. **Q**uinto q̄ cantus excitans in talibus. et musica non sit de illicitis. s̄ de moribus vel de deo. **I**tē requiriſt cōuenientia loci quia non in ecclesijs vel cymiterijs; aut refectorio fratrum et huiusmodi. **A**liud etiā potest addi q̄ est p̄cipuum. s. rectitudi intētione. ac enā stabilitas conzantis. nam qui ita fragilis est q̄ licet bona intentōe corizare incipiat. tamē non exīt quin ad libidinez mortalem. p̄uocetur; peccat mortaliter; se scienter ingendo. quia erponit se periculo probabili mortalis peccati. **E**t p̄ hoc querit Archi. flo. in summa. quid si quis nō potest vitare peccatum mortale. ppter fragilitate sua habitando cū marito. vero. patre. matre. filio et filia. **A**n teneat recedere ab illis. **V**el an possit in domo stare sine peccato. **R**espōdit q̄ q̄ iste casus defacili contingere nō possit tū vbi contingere. nulli dubium est; q̄ a tali psone ob eius p̄sentiam a mortali abstinere non potest discedendū esset.

Orporale. Corporalia non
sunt abluenta per laicos: aut mulieres
etiam sanctimoniales: qm potius hoc ab-
luere pertinet ad officium diaconi: cu humilibus mini-
stris de cose. di. i. nemo. Et eius psecuratio ad epos
pertinet duxat. de conse. di. i. consulto. Ibi. ab epi-
scopo consecrato. Et debet esse de lino puro. i. non
de alia materia mixto. Ideo no potest fieri de ser-
vo: nec de pano tincto. Et nota fm Hir. li. i. q corporalia semel cosecrata vel benedicta ab episcopo.
licet postea abluant; no est necesse: vt amplius be-
nadicant. qd uota.